



CONGREGATIO  
DE INSTITUTIONE CATHOLICA  
(DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Seminariis atque Studiorum Institutis) postulatione attenta Rev.mi Rectoris Universitatis Pontificiæ Salesianæ in Urbe, nomine Magni Cancellarii legitime præsentantis; perpensa CONVENTIONE die XXIV mensis Aprilis, a. D. MCMLXXXVI inter Rev.mum Superiorem Provincialem Societatis S. Francisci Salesii et Rev.mum Rectorem eiusdem Universitatis Pontificiæ inita atque ab hac Congregatione approbata; cum compererit in Instituto Theologico sub titulo v. *Pio XI* in civitate Sancti Pauli in Brasilia sito traditarum disciplinarum rationem canonicis normis conformari et cum diligentia promoveri, prædictam petitionem libenter suscipiens, idem

**MEMORATUM INSTITUTUM THEOLOGICUM**

Facultati Theologiæ Universitatis Pontificiæ Salesianæ in Urbe

**AFFILIATUM**

pro munere hoc Decreto ad alterum decennium **constituit declaratque**, collata Facultati potestate academicum Sacræ Theologiæ BACCALAUREATUS gradum iis alumnis conferendi, qui, præscriptum studiorum curriculum (can. 250 C.I.C.) feliciter emensi, specialia pericula sub ductu et auctoritate eiusdem Facultatis rite superaverint; servatis de iure servandis, in primis peculiaribus **NORMIS** ad affiliationem exsequendam, ab utraque parte subsignatis et ab hac Congregatione approbatis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die I mensis Iulii, a. D. MMVI.

*J. Michael Miller, CSB*  
SECRETARIUS

*A. Vincentius Zani*  
SUBSECRETARIUS